

254



Cogit nos dulcissima patria nostra amor, & in ea sub Antichristi iugo fa-  
tiscentium, Christi Ecclesiarum huiusmodi & miserimus status, Maiestatis tuae  
opem humillime implorare. Inuidiosissime Imperator Auguste Domine Clementissime  
Et ut hoc aggredi non vereamur singularis t. M. tuae Clementia cum insigni rerum  
cogitatione, aliisque praesantissimis donis, commota. Cuius in postremo Francofordiano  
conuentu, non obscurum specimen percepimus) efficit: quae sperare nos iubet t. M. te  
am non tantum hunc conatum nostrum, quem tunc breui hac oratione eidem inscrip-  
ta, tum uero priuatis hisce literis exponimus boni consulturam: Sed modis etiam  
omnibus ad Dei gloriam & Regni Christi propagationem adiuturam, ac promo-  
turam: quod ut facere non dedignetur, obnixè per Christum rogamus & obtes-  
tamur. Ignorare non potest t. M. tua quam grauis sit passim praesertim ve-  
ro in inferiori Germania Pontificiorum conuictio, quam implacabile denique  
odium conceperint, qualem denique carnificiam exogitarint, aduersus eos omnes, &  
horrendos Ecclesiae Romanae abusus detestantur, & purioris religionis studio tenentur.  
Hos oes fortunarum exspilationibus, proscriptionibus, carceribus, torturis,  
aculeis, gladijs, suffocationibus, ustulationibus, ac infinitis tormentorum generibus,  
quae ingeniosa crudelitas illis abundè indies suppeditat, non coercere sed opprimere,  
extinguere, & radicibus euellere statuerunt. Huc spectat Concilij Tridentini  
promulgatio cuius obseruatio oppidatim exigitur, nonnorum item episcoporum designa-  
tio, & exterminium Inquisitorum, in patriam aduentus, quos Hispanica Inquisitione  
hoc est, iniquam, barbaram, crudelem, & immanem optimorum subditorum op-  
pressionem, & caedem secum attulisse, non immeritò natiuimus. Quem uero sine  
istorum conatus tandem sint habituri, tempore patefiet. Interim in foelicia prae-  
sunt illi, qui ex uerbo Dei, omniumque temporum historijs, ac domesticis adhuc re-  
centibus exemplis de horum exitu iudicant & statuunt. Nos porro per Dei gra-  
tiam in silentio & spe robur nostrum collocare, & per patientiam animas nostras  
iuxta Christi praecipuum possidere constituimus, certe persuasi, fieri non posse,  
ut inferorum porta aduersus Ecclesiam ueham praeualeant, cum pressa indies red-  
datur ualentior. Interim in omnibus angustijs, consolatur nos non mediocriter, causa  
quam agimus aequitas, quae aduersarij gladijs & flammis oppugnant, sed non expug-  
nant. Confirmant nos praesentium Martyrum exempla, oim quibus sicut eandem  
causam defendimus ita etiam similibus cruciatibus affuimus. Praesantissima etiam  
contra oes tentationes Antidota sunt, quae DEVS, qui mentiri nequit, passim de spi-  
ritus sancti in electis praesentia & efficacia de beata piorum immortalitate, ac  
postremo de sanguinariarum (nisi resipuerint) repentino, horrendaque interitu (nã  
sanguinarij & fraudulentij, Dauidè teste, Inuidium dierum non absoluent) concionan-  
tur. Testantur quotidiana exempla, quam potens sit DEVS in illis, qui propter ipsi  
veritatem extremis supplicijs afficiuntur. Parata denique fidelibus legitime certantibus  
gloriae, perfectissimam imaginem in Christo triumphante uidemus, cui ipsos simi-  
les futuros Ioannes aperte testatur. De Tyrannorum uero horribilibus exitijs  
quid opus est ad Pharaones, saulos, Antiochos, Herodes, Iulianos, similesque con-  
fugere, cum domestica exempla abundè doceant, DEVM suorum esse uindicem acerri-  
mum.

mum. Vbi sunt iam illi, qui tanto furore, potentia, sumptibus, armis & fraudibus Ecclesias Germaniae, Galliae, Angliae, aliarumque regionum regionum funditus evertere conati sunt: quam turpiter & misere plerique istorum perierunt, manentibus tamen interim illis Ecclesijs, quas illi existimatus esse modis omnibus cupiverant: Iustus est DOMINUS, qui iudicium suum a sua domo inchoat, & supremum calicis irae suae electis propinat, At interim impios furoris sui feres, & potare & exugare cogit. Ne media porro, quibus hostium insana rabies compepsi & miseris Christi Ecclesijs oneri succumbentibus consili possit, summo contemptu negligere velle videamur, data nobis hac compilata occasione ad illust. M<sup>te</sup> riam supplices confugimus, a quo deo humillime petimus & contendimus. Primum ut Ill. M<sup>tas</sup> tua cum reliquis statutis Evangelicis Augustae Vindelicorum collectis, ad Hispaniarum Regem Dominum nostrum Clementiss. legationem instituire & hoc unum urgere non grauetur, ut semel tandem legitime prius audiamur, quam condemnemur, quod haecenus contra ius omne tantum humanum, quam diuisionem nobis fuit denegatum. Solum Inquisitores accusatorum, testium & iudicum partes subeunt. His dum Clementiss. REX noster praebet utramque aurem, nulla seruata reis, quiduis in nostras fortunas & corpora illis concedit. Itaque fit ut humanissimis REX noster ab istis fascinatius, pro Orthodoxis & fidelibus subditis illos habeat, quos nos ex verbo DEI Blasphemus, haereticos ac Magistratum proditores esse docere parati sumus, & contrario illos haereticos ac rebelles esse existimat, qui nihil credunt, quod consentientibus scripturae testimonij non probent & vitam pro Regis sui conseruatione impendere parati sunt. Quod itaque hoc loco petimus I. M<sup>tas</sup> tua iuste melius in verbo DEI instituta CHRISTO Domino ipsius Ecclesiae, ac fratri denique ignoranter peccanti, imo multa plura debet, ne illa piorum sanguinem diutius effundens iustum DEI iudicium in se tandem ac in domum Burgundicam prouocet. Et I. M<sup>tas</sup> tua silentio suo tacite consentire tantum peccati se participem facere velle videatur. Clamat sanguis piorum ad dominum qui patria nostra tota madet, ac rubet, cuius DOMINI (qui suorum etiam lachrymas in lagunculam Dauide teste colligit) immemor futurus non est, Atque cum Clementiss. REX noster ignorantia non malitia, & in filium hominis non autem in Spiritum sanctum peccet, Cui enim illis, qui agnitam veritate malitiose oderunt & persequuntur) de illius conuersione optima quaeque nobis potest licere, si I. M<sup>tas</sup> tua aliqui principes ipsum ex verbo DEI serio & diligenter admonere dignarentur, quod ut in hoc tristissimo rerum nostrarum statu fiat, obnixè rursus per CHRISTVM IESVM petimus. Alterum quod debita animorum submissione requirimus hoc est, ut I. M<sup>tas</sup> tua religionis negotium, in hoc principum conuentu diligentur tractet, & gloriae DEI ac veritatis promotionem ex animo quaerat. Neque illis tantum fidat, qui modicam nouamque Religionem quandam credunt, utrinque claudicant ac optimis sacerdotijs farcti, adulari & ad quacumque conuicere coguntur, praetermissaque

rorum fontibus primarijs, ut plausum ruidis populi capteret, abusus quosdam  
 perfunctoria & superficialiter taxant, sed alijs, qui dum quavis discrimina sui  
 beunt religionem sibi vere esse cordi testantur aures etiam benignae praebeat,  
 Collationem liberam imitatis aliorum Regnorum provinciarumque doctis & pacis  
 studiosis hominibus instituat, ut discussis tandem errorum ac Rom. praest  
 igiarum nebulis aeterna Dei ueritas toti mundo appareret. Interea uero  
 dum hoc expectatur, manifestas Pontificiorum Idolomachias, publicos diuini  
 cultus & Sacramentorum profanationes, e medio tollat, de quibus omnibus  
 Imp. M: tuam ex concionibus sacris quondam auditis & ex lectione scripturae  
 sacrae ita instructam esse arbitramur, ut eorum Deo (qui corda & renes sou  
 tatur) ignorantiam praetexere nequeat. Non est quod Imp: M: tua ex  
 Pontificiorum concilijs aliqui & homi expectet, cum miserum Tridentinum Con  
 cilium crassissimos quosque abusus excisset & iustificet, ut decreta eiusdem test  
 antur. Inquirat potius absolutissimum DEI conciliam, quo quid perpetuo  
 credendum & faciendum sit, semel decreuit, cuius concilij canones in scripturis  
 Prophetiis & Apostolicis extant. Huius Concilij ueritatem praedicat A  
 postolus inquit, Ceterum etiam si nos aut Angelus e caelo praedicauerit vo  
 bis aliud euangelium, praeter id quod praedicauiimus uobis, Anathema sit.  
 Quia cum ita se habeant, sane miseri sunt, qui in negotio fidei, dubij haerent  
 & fluctuare quodammodo uolunt, donec homines quid faciendum sit decreue  
 rint. Quid defuit Ecclesia ante annos mille quingentos, quae concilia homi  
 numque decreta ignorauit? Verbum DOMINI igitur Imp: M: tuae Con  
 silia moderetur, quod auro septies expurgato purius esse Dauid Regis ille  
 propheta asserit, DEVM in uerbo suo loquentem audiat & illius uoci & man  
 datis obtemperet. Ita futurum est, ut omnia prosperissime succedant.  
 Non dubitamus quin Imp: M: tuae Europa totius statum prudenter in  
 tueretur, quae semper multa occurrant, quae uolentem collapsam Ecclesiae statu  
 instaurare & ad Archetypum reducere ab instituto deterreant ac curae suae  
 faciant. Considerat haud dubie illinc Hispaniae & inferioris Germaniae sta  
 tum & quomodo res ibi administrantur, et regnorum istorum heredita  
 tem enim inuadat & expectat, quare tantum Regem illa nouatione of  
 fendendum non esse iudicat. Illinc Pontificem Romanum cum suis Gale  
 ratis & Mitratibus Episcopis, quorum beneuolentiam sibi in hoc rerum statu  
 necessario retinendam esse putat & eius generis alia multa anxio animo  
 seruum uoluit atque resoluit. Sed his omnibus opponat Christi unici nostri  
 praepitoris ueram sententiam dicentis. Quid proderit homini etiamsi uni  
 uersum mundum lucretur, anima uero sua iacturam patiatur? Nomen impru  
 dentis illi sunt, qui ad Casa Rusticana possessionem ita aspirant, ut amplis  
 simi regni oblatam hereditatem interea negligant? Omnino sane. De istis om  
 nibus sunt imprudentiores illi, qui aeterni ac caelestis regni hereditatem per  
 Christu

CHRISTUM acquisitam, & ipsis per gratiam DEI adoptionem commu-  
nicatam flocci faciunt, ut momentanei alicuius regni (de quo interim ni-  
hil certi habent) possessione fruantur & gaudeant. Deinde hoc etiam co-  
gitat Imp: M: tua vera obedientia Verbi DEI, non anniti hereditates sed  
eiusdem neglectu & contemptu. Sic enim Samuel Regem Saul alloqui-  
tur. Quandoquidem ergo tu abiecasti verbum DOMINI, abiecit & ipse te, no-  
sis REX. Idem docent infinita alia exempla. Non homines sed DEVS  
pro suo arbitrio regna confert & auferit, qui propterea 1: M: tunc reue-  
renter iuxta uerbum suum colendus es &c.

Quod ad Romanum Pontificem attinet, certum est ab illo nihil pro suis  
boni esse expectandum, qui bonam Imperij partem ad se rapuit, alijs sine  
factionis hominibus distribuit. Et perpetuus eiusdem hostis fuit, ut omnes  
historiae summo consensu testantur. Quarto esset consultus, si caput &  
Imperij contra, non ficto amicitiae vinculo simul cohaerent, commu-  
nemque hostem coniunctis viribus propulsarent. Si porro Imp: M: tua  
arbitratur se media aliqua ratione, utriusque partis fauorem acquisituram.  
Videndum prudenter erit, ne hallucinetur & fallatur, ac sero tandem  
verum esse experietur, quod vulgo dicitur. Qui duos simul lepores insec-  
tatur, neutrum capit. Sed quid hoc quaso Imp: M: tua proderit si Rom:  
Pontifex, qui ipsissimus Antichristus est, cum eodem pacem fictam co-  
lat, CHRISTO aduersus eum bellum gerente? Quid omnium hominum  
foedera & amicitiae huic utilitatis adferre possint, qui apertas cum DEO  
inimicitias exercet, DEUM in eos exardescere certum est, qui spreto suo  
verbo cum ipsis hostibus foedere iunguntur. Tunc inquit Propheta  
ad piim Regem Iosaphat. Impio auxilium fers & eos diligis qui Do-  
minum oderunt? Propterea uenit super te indignatio.

Quaerat igitur 1: M: tua principio indissolubile foedus cum DEO  
OPT. MAX. & ipsis eius I: DOMINO & Seruatore no-  
stro unico, studentque pacis illius debitis officijs & obedientia satis  
facere, hac ratione omnes creaturas sibi habebit (ut Oseas docet)  
deumtissimas. SI DEVS PRO NOBIS Quis contra nos, inquit  
Paulus. ita uicissim omnium mortalium beneuolentia eis inutilis & pro-  
prie inanis est qui DEVM hostem & aduersarium habent.

H. A. & Inuit fiff. Imp: Auguste quae ex animo tui amantissimo &  
studiosissimo (hoc nouit DOMINUS) proficiuntur, ut M: tua benignis  
accipere & dextre interpretari non grauetur humillime obtestamur. Et  
oramus per Iesum Christum crucifixum & exaltatum ad patris sui  
dextram, propter cuius piam inuocationem, extrema iam cum superius  
paucis exposuimus) patimur, ut legationem illam (cuius potissimum no-

mine hoc publicum scriptum hisce literis nostris adiunctum animis candi-  
dissimis I. M. tuae misericordiae) omni conatu & studio apud alios Imperij &  
lectores & principes promoueat, uel aliqui fratri Regi nostro na-  
tura à sanguine alienissimo diligenter primo quoque tempore scribat, pra-  
stitura est Filio DEI in suis membris tam afflictissimo officium  
longe gratissimum, quod in futuro prope diem iudicio magna cum lau-  
de & foenore uberrimo eidem est repositurus. Quod ut fiat, atque  
interca I. M. tuam Spiritu suo sancto gubernet, virtute & poten-  
tia sua tueatur, ac Regni tui fines à potentissimi hostis illius incur-  
sionibus defendat, orare sedulo non desinemus, Data in Inferiori Ger-  
mania. Calendis Aprilis Anno 66.

Imp: M. tis R. V. A.

Additissimi &  
studiosissimi

Omnes & singuli qui iuxta euange-  
lium Filij DEI credere & uiuere toto  
pectore desiderant.

[297]

[24 v. 338]